



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

8. De frequentanda communione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S DE
uoca, vnu
em comi
um fructu
bi dici, E.
Venit ille
di, plenus
bono, Te
rione, gan
licenciam
tura Chri
omini, fat
dum iam
hoc mibi ut
aulq; con
empe era
S. Franci
uis es tu
ta submis
um.
primo ma
tus sit ani
sum tuad
r, siue ill
ctus amo
plexando
sculando,
4. expone
eimi-

S S. E V C H A R I S T I A. 507

e miseras tuas, inseruendi ei desidera,
& pete, vt domum tuam optimis virtutib.
exornet, gratiamq; largiatur, vt diem il-
lum in omni pietate transigere valeas, ne
facile calor deuotionis pereat.

M E D I T A T I O VIII.

De frequentanda communione.

CONSIDER A, in Ecclesia primitua
quæ ab Apostolis gubernabatur fre-
quenter, imò quotidie communicatus es-
se, à qua frequentia omnem sanctitatem
& ardorē spiritus eius Ecclesiæ manasse
certum est. Cōstat enim, quo vsus ille po-
stea magis elanguit, hoc sanctitatem po-
puli Christiani plus imminutam. Vnde &
hoc seculo, quo multis in locis vsus ille
est restitutus, videmus quoque pristinam
reflorescere pietatem & ardorem, Ecclesi-
amque multis nouis sodalitatibus & reli-
gionibus augeri.

Considera, cum hoc sacramentum
sit animæ cibus, quo ipsa in vita spiritali
alitur & roboratur, manifestè cōsequi, quo
sæpius hoccibo alitur, robustiorem & per-
ficiorem in vita spiritali reddi. Adde,
quod sub specie panis & vini Christus id
instituerit, vt indicaret nos eo sæpius vti
debe-

debere; nam ut panis communis saepius
comestus vitam conseruat temporalem,
sic ille spiritualē. Vnde & S. Patres in do-
minica oratione, per *panem quotidianum*
intelligunt S. Eucharistiam. Sicutem ra-
tio sumitur, inquit Ambrosius, quomodo
est quotidianus? z. expende, cum hoc sa-
cramentum sit omnis perfectionis & san-
ctitatis fons, suosque salutares effectus
omnibus dignè communicantibus com-
municet. certum esse, quo quis com-
municat crebrius, hoc amplius eorum effe-
ctuum participem reddi.

3. Considera, cum inter beneficia
Christi maxima sit eius passio, nostraque
redemptio, nulla re nos magis ingratia ani-
mi notam effugere, quam crebra com-
munione, quia hac secundum institu-
tionem Christi illius renouatur memoriā.

Ioa. 6. · Dixit enim, *Hoc facite in meam*, id est,
in meæ passionis commemorationem: z. pe-
pende quod Christus se desideret à nobis
recipi, & proposita promissioue, quod re-
lit manere in nobis, & vitam æternā do-
nare, ad recipiendum inuitet: non possit
igitur fieri, ut verè amemus Christum, vel
desiderio teneamur cum illo manendi, si
non recipiamus cum saepius.

MEDI.

